



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Locorum co[m]munium Ioannis Eckij,  
aduersus Lutheru[m] & alios hostes Ecclesiae**

**Eck, Johannes**

**Antverpiae, 1541**

3 De primatu sedis apostolicae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35599**

## DE PRIMATV SEDIS

apostolicę &amp; Petri III.

¶ Quia summa authoritas exterius sit apud ecclesiam: quam contemplamur in concilijs & in sede apostolica, conuenit vt Romani pontificis & Petri primatum firmemus breuibus.

**P**ost confessionem Petri, Iesus dicit ei, Beatus es Simō Bariona, quia caro & sanguis nō reuelauit tibi, sed pater meus q̄ in cœlis est, & ego dico tibi, tu es Petrus, & super hanc petrā ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebūt aduersus eam, & tibi dabo clauēs regni cœlorum, & quodcunque ligaueris super terram erit ligatum & in cœlis, & quodcunque solueris super terram erit solutum & in cœlis. Patet quomodo signare uoluit personā Petri, quia posuit nomen antiquum Simon, Nomen nouum Petrus, nomē patris Bariona, Mat. 16

D & de-

DE PRIM. SED. APOST.

& demonstrat proprie. Tu es, & super hanc petram exponit Hieron. id est super te, & tibi dabo claves &c.

Et per illa verba promissum Petro primatum testantur sancti patres, & super Petro ædificandam ecclesiam.

Cyprianus lib. 4. epistolarum ad Pupianum, & lib. 1. ad Cornelium.

Origenes homilia sexta super Matthæum. Hieronymus, libro primo contra Pelagianos & super Matthæum. 16.

Ambrosius sermone. 47.

Aug. contra epistolam Donat.

Chrysostomus super Matth.

Hilarius super Matthæum.

Leo in sermone. 3. de anniuersario, die sue assumptionis.

Gregorius in moralibus, & registro ad Mauricium Augustum.

Cyrillus libro. 2. cap. 12. super Iohannem: Concilium Calcedonense octauum, Nicolai papæ. Vide nostrum lib. 1. de primatu Petri. Potestatem quam

quam promisit Christus Petro dedit post resurrectionē. Dixit Simoni Petro Iesus. Sim. Ioan. diligis me Ioan. 22. plus ijs, dicit ei: Etiam domine, tu scis quia amo te, dicit ei, pasce agnos meos, quod & tertio repetijt, pasce oues meas.

Hic soli Petro in præsentia aliorum apostolorum commisit oues vt principi apostolorum: nam pascere in sacris literis significat regere, & pastores dicuntur reges Ezechielis, 34. Esaiaë, 44. & 56. Hieremiæ secundo & 22. Psalmo, 22. Et hoc in Hebræo & Græco.

Datum primatum Petro per illa verba testatur Cyprianus de simplicitate prælatorum. Hieronymus in sermone de Petro ad Eustochium. Ambrosius in sermone de pœnitentia & de fide Petri. Chrysostomus sæpe per Ioannē Homil. 80. de pœnitentia. Augustinus in quæstio. Noui & veteris testamenti, quæsti. 75. Leo in

DE PRIM. SED. APOST.

sermone de ascensione domini, Gregorius in homilia, Mar. 16. & epistola ad Cirian, Bernardus sermone, 3. de septem panibus, Beda in homi.

Primatus Petri probatur ex multis alijs scripturis Luce, 22. Simon ecce Satanas expetiuit vos vt cribra ret sicut triticum, ego autē rogavi pro te, vt nō deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Vide pro Petro rogat præ cæteris, & duo petit. Indefectibilitatem fidei, & potestatem confirmandi fideles. Sic Augustinus, Chrysostomus, Leo, Cyrillus & Beda capiunt. Matthæi decimosextimo, dixit Christus Petro: Vade ad mare & mitte hamum, & eū piscem qui primus ascenderit, tolle: & aperto ore eius inuenies staterē, illum sumēs, da eis pro me & te, patet Christum pluribus discipulis presentibus, solum Petrum sibi æquasse in solutione tributi, Ita intelligit Hiero. Aug. Chry.

Chrysoftomus, Orig. Ambr.

Matthei. 10. Marci. 3. Luc. 6. Vbi describitur apostolorum constitutio, ab omnibus Petrus vt caput nominatur primo, quod pro eius primatu expendit Hieron. Chrysoft. Ioannis 21. solus Petrus super aqua maris ad Christum peruenit. Signum singularis pontificij, ait Bernardus de cōsideratione ad Eugenium Lucae quinto. Et si discipulis alijs imperatur vt laxent retia, soli tamen Petro dicitur, duc in altū, ita ponderat Ambr.

De sanctis patribus iam audiui-  
mus, omnes Petro tribuere primatum, à domino primo promissum, dein post resurrectionem exhibitū, super tota ecclesia. Addatur tamen prioribus.

Dionysius capite. 3. de diuinis nominibus.

Athanasius in epistolis ad Marcū Liberiū, & Fœlicem, in quibus abunde probat primatum Papæ.

D 3 Euse-

DE PRIM. SED. APOST.

Eusebius Cæsariensis libro. 2. cap.  
14. ecclesiasticæ historiæ, Aug. tract.  
56. super Ioan. libr. 2. contra Dona-  
tistas &c.

Laëtantius lib. 7. instit. diuinarū.

Paulinus de. 8. Fœlice. Anselmus  
ad Urbanū Pa. Valentinianus, Mar-  
tianus, Phoca. Iustinianus, Impera-  
tores, sub titulo de summa trinitate  
& fide catholica.

Eckius. Quæ omnia latissime astruximus  
tribus libris de primatu Petri ad Le-  
onem decimum, & multa rata inue-  
nies in magno opere contra Luthe-  
rum. Ioan. Fabri Archiducalis confi-  
liarij, iam episcopi Viennens.

Faber. Ratio suadet quia fuit summus sa-  
cerdos in vete. lege, cuius autoritas  
audita fuit, ex cap. 17. Deuter. Et re-  
gimen, monarchicum est optimum;  
& talis ordo est in ecclesia triūphan-  
te: & sicut pulchre inducit Nazian-  
zenus. Moyles in dubijs prouidit sy-  
nagogæ Deut. 17. cur Christus non  
pro-

prouidisset suæ sponse ecclesiæ?

Greg. libro. 21. moralium. Omnes homines natura æquales genuit: sed ratione meritorū ordine, alios alijs occulta dispensatione postposuit ipsa vero diuersitas quæ accessit ex vna, diuino dispensatur iudicio, vt quoniam omnis homo iter vitæ nō graditur, alter ab altero regatur. Desiderat forte hæreticus ecclesiam militantem non habere caput ministeriale, & fiat in ecclesia quod scribitur. In illis diebus non erat Rex in Israel, sed vnusquisq; quod sibi bonum videbatur sic faciebat. Iud. 17.  
& vlt.

¶ Obijciunt heretici.

Petro nō promisit nec dedit Christus clauēs pro persona sua, sed quia gerebat personam ecclesiæ. Si super Petro homine est ædificata ecclesia, iam portę inferorum præualuerunt contra eum in voce vnus ancillę & quotidie præualent successoribus suis peccatoribus.

D 4

Et



DE PRIM. SED. APOST.

3 Et quum super petrā sit ecclesia  
1. Cor. 3 edificata, petra autē erat Christus. 1.  
Corinth. 10. non poterit referri in  
Petrum, & fundamentum aliud ne-  
mo potest ponere, præter id quod  
positum est.

4 Primitiua ecclesia Apostolorum  
non fuisset ecclesia, quum Petrus. 18.  
anno post Christum passum fuerit  
adhuc in Hierusalem, vbi erat tunc  
Romana ecclesia ?

5 Petrus nunquam fuit Romæ,

6 Petrus est membrum ecclesiæ.

7 Quomodo Petrus esset petra quū  
Matthæi. 16. dixerit Christus, vade  
post me Satana.

¶ Diluuntur ista contra Pe-  
trum adducta.

De primo

Fatemur cum Augustino clauis  
datas ecclesiæ: tamen in persona Pe-  
tri, id est, clauis finaliter dedit Chri-  
stus Petro, ad vtilitatem ecclesię, de-  
dit clauis nō vni, sed vnitati. Ita Pe-  
trus gessit personā ecclesię, sicut im-  
pera-

perator Germaniæ, Itaq; certę perso-  
næ habēt clauēs, quia alias nullus  
esset illarum vsus.

Præualuerunt portę inferi aduer-  
sus personas succedentes Petro, non  
tamen contra potestatem Petri. Hęc  
successio Petri in potestate mansit,  
licet personę peccarēt. Petro autem  
negante, nõdum ecclesia erat super  
eū fundata, sed fundāda, quia Chri-  
stus dixit super hanc petram ædifi-  
cabo ecclesiam meam, scilicet post  
resurrectionem.

Et si Christus sit petra principa-  
lis, & fundamentum primarium, ta-  
men habet vicarios & substitutos,  
secundarias petras: nam cum dicto  
Pauli quod solus Christus sit funda-  
mentum, stat dictum Ioan. Apocal.  
21. Et murus ciuitatis habens funda-  
menta. 12. & in ipsis duodecim, no-  
mina duodecim apostolorū & agni.

Errat Luther Petrum tam tarde  
venisse Romā, quia fuit. 5. annis in.

D 5      Pon-

De secūdo

De tertio

De quarto

DE PRIM. SED. APOST.

Ponto, & Asia +7+ in Antiochia, postea migravit Romā, licet +18+ anno cō Roma venerit Hierusalem ad concilium. Porro nihil ad rem facit, Erat enim Petrus summus pontifex, vbi-  
cunque erat, licet reuelante spiritu, vt Marcellus sanctus martyr ait, sedem sibi Romę elegerit, prius itaq; tempore fuit summus episcopus Petrus, quā Romanus episcopus.

De quinto

Hoc nouum est mendacium Vrba-  
ni Riegers aut alterius Lutherani,  
Petrum nunquam fuisse Romę, &  
ante Paulum conuertisse eos de qui-  
bus loquitur Galat. +2+ testatur bea-  
tus Hieron. super illud ad Rom. +1+  
Vt aliquid impartiar vobis gratię  
spiritualis. Ad confirmādos, inquit,  
eos Romanos Petri predicatione fi-  
dem tenentes. Confirmare se velle  
Paulus dicit, nō quo minus accepis-  
sent à Petro, sed vt duobus apostolis  
testib; & doctorib; corū corrobora-  
retur fides, alioquin curabat ne su-  
per

per fundamentū alienū ædificaret.

Egesippus antiquissimus, qui sub Aniceto venit Roman, Anno domini, 160. Is scribit lib. 3. de excidio Hierusalem, quomodo Nero quaesierit causas occidendi apostolos, datoq; præcepto vt comprehenderentur Apostoli: rogabatur Petrus vt se se alio conferret,

Vide Ioannem Fabrum

Dionysius Corinthiorum episcopus existēs Romę. Anno domini. 50. ait: Vos habentes commonitionem à Petro & Paulo, plantationem Romanæ ecclesiæ coniunxistis. Ambo etiam aduentantes, atque in hac vrbe simul docentes, etiam martyrio pariter eodemq; tempore coronati sunt. Idem testatur quidam scriptor Caius sub Zepherino papo.

S. Ignatius discipulus Ioannis Euangelistę ad Tharsenses scribit. Quidquod Petr<sup>o</sup> crucifixus est, Paulus & Iacobus gladijs obrucati sunt: Ioannes in Pathmum relegatus est & ad

DE PRIM. SED. APOST.

& ad Romanos. Non sicut Petrus  
& Paulus præcipio vobis, illi enim  
apostoli Iesu Christi, ego autem mi-  
nimus. Ireneus Lugdunensis episco-  
pus libro. 3. cap. 1. contra hæreticos,  
sic inquit Matthæus Hebræis ipsoꝝ  
lingua scripturam dedit euangelij:  
quum Petrus & Paulus Romæ euan-  
gelizarent & fundarent ecclesiam.

Et capite. 3. A gloriosissimis duo-  
bus apostolis Petro & Pau. Romæ  
fundatæ & constitutæ sunt ecclesiæ.  
Tertullianus anno domini. 150. vi-  
uens, scripsit lib. 3. aduersus Martio-  
nem. Romanis Euangelium Petrus  
& Paulus sanguine suo signatum re-  
liquerunt, & lib. de præscriptione he-  
reticorum loquens de Rom. subdit.  
Vbi Petrus passioni domini coadæ-  
quatur.

Eusebius Cæsariensis lib. 2. histor.  
inquit: In ipsis Claudij temporibus,  
clementia diuinæ providentiæ pro-  
batissimum omnium apostolorum  
& mæ.

& maximum, fidei magnificentia,  
& virtutis merito, primorem princē  
pem Petrum ad urbem Romam de-  
ducit.

Et lib. de temporibus. Eodem an-  
no ab Herode capitur, & infra, Pe-  
trus natione Galilæus, Christiano-  
rum pontifex primus, quū primum  
Antiochenam fundasset ecclesiam,  
Romam proficiscitur, vbi enangeli  
um prædicans, 25. annis eiusdem vr-  
bis episcopus perseuerat.

Gaudentius Brixian. vetustissi-  
mus scriptor inquit: Hoc enim die  
apud urbem Rom. ambos pro Chri-  
sti nomine Neronis crudelitas in-  
terfecit.

Hieronymus de viris illustribus.  
Simon Petrus, filius Ioānis pronin-  
ciæ Galilææ, vico Bethsaida, frater  
Andræ apostoli & princeps aposto-  
lorum, post episcopatū Antiochen-  
sis ecclesiæ, & prædicationem disper-  
sionis eorū, qui de circuncisione cre-  
dide-

DE PRIM. SED. APOST.

diderant in Ponto, Galatia, Capadocia, Asia, & Bithinia, secūdo Claudi anno ad expugnādum Simonem magnum, Romam pergit, ibi vigin-  
tiquinq; annis cathedram sacerdotalem occupauit.

Dionysius Areopagita sancti Pauli discipulus idē testatur ad Timotheum cōdiscipulum de transitu apostolorum.

Linus papa proximus post Petrū scripsit oriētalibus pro Martyrio Petri in vrbe.

Ambrosius sermone +67+ inquit, Non sine caussa factum putemus, quod vna die, vno in loco vnus Tyranni tolerauere sentētiam, vna die passi sunt, vt ad Christū pariter peruenirent. Vno in loco, ne alteri Roma deesset, &c. & infra, in vrbe Roma, quæ principatum & caput obtinet nationum, loquitur de petro & Paulo.

Papias Hieropolitanus scilicet Ioannis

annis Euangelistæ auditor, testatur Petrum suam primam epistolam canonicam scripsisse Romæ.

Testatur hoc Athanasius, Marcellus, Damasus, Leo, Bernardus, & alij innumeri.

Petrum membrum & partē eccle De sexto  
siæ dicimus, sed quod propterea nō  
possit esse caput ministeriale, seu vi  
carius veri capitis, negamus. Simili  
ter aliud est agere priuatam perso  
nam, aliud publicam. Et si caput est  
vtiq; membrum.

Non mirum Petrum increpatum De septi  
à Christo, quod existimaret suę con  
fessionī contrarium, Christum occi  
dendum, quia nondū acceperat cla  
ues, nondum erat confirmatus, non  
dum venerat super eum plenitudo  
spiritus. Ideo nondū fuit petra, sed  
post resurrectionem Christus fun  
dauit super eum ecclesiā, vt expref  
se testatur Hieronymus ibi super  
Matth.

Deniq;



DE PRIM. SED. APOST.

Deniq; Chrysoſt. & Hilarius no-  
ſunt nomē ſathanæ pertinere ad Pe-  
trum, ſed ad diabolum ſuggeſtorem  
huius conſilij. Porro lapſus perſonæ  
non tollit poteſtatem. Origenes Ho-  
mil. 3. in Matthæum dicit: Petrus ad-  
huc plumbeus erat, & fieri potuit vt  
reuelationem haberet à patre, qua  
profiteretur Chriſtum eſſe filiū Dei  
vivi, attamen lateret eum hoc ma-  
gnum myſterium quo Chriſtus vo-  
luit pro ſalute generis humani cruci  
figi, & tertia die reſurgere.

Quum enim Luther per petram  
intelligit fidē, fides æque amittitur  
in homine, ſicut gratia, & non plus  
fides vnius hominis, quàm alterius  
hominis, & ita ſuper fide omnium  
fidelium eſt ædificata Eccleſia. Et ſi  
omnes fideles ſunt fundamentum,  
quam tunc dabit Eccleſiam? Niſi in-  
eptiſſime dicat, idem fundari ſuper  
ſeipſo.

Adhuc

¶ Adhuc obijciunt hæretici contra  
Petrum & papam.

1. Petrus, in apostolos non habuit  
potestatem, sed Apostoli in ipsum,  
quia ipsum & Ioannem miserunt in  
Samaritaniam, Act. 8.

2. Nec Petrus exercuit vnquam pri-  
matum illum, sicut modo papa: non  
vult vllum Episcopum fieri in mun-  
do, nisi accipiat pallium & confirma-  
tionem ab eo.

3. Nouit Petrus hoc prohibitum a  
Christo, Lucae. 22. facta contentione,  
quis eorum videretur esse maior, di-  
xit eis Iesus. Reges gentium domi-  
nantur eorum, & qui potestatem ha-  
bent super eos, benefici vocantur, vos  
autem non sic, sed qui maior est ve-  
strum, fiat sicut minor, & qui preces-  
sor est, sicut ministrator. Liqueat (in-  
quunt hæretici) reges gentium, nõ  
pontifices esse, qui dominantur.

4. Marci decimo, vbi filij Zebedæi  
ad hanc aspirarunt potestatem, rece-  
perunt

E

perunt

DE PRIM. SED. APOST.

perunt responsum, scilicet, vt calicem biberent, nec tamē certi vbi se sibi furi essent.

5 Sic superioritatem fugiendā docuit Lucae nono, & Matthæi decimo octauo.

6 Paulus resistit Petro Galatharum secundo.

7 Victor papa volens excommunicare orientales, fuit prohibitus ab Irenæo Lugdunensi.

8 Anicetus cessit Polycarpo Episcopo Smyrneorum.

9 Orientales Episcopi non obedierunt Iulio papæ.

10 Constantinus, 4. imperator constituit papam esse primum.

11 Sic tot millia martyrum orientalis ecclesiæ essent damnati, similiter Cyprianus, Augustinus, Nicolaus, quia nunquam fuit papa super ecclesias Asiæ, Græciæ, aut Africæ.

12 Quando instituit Anthiochenū, Constantinopolitanum Alexandrinum

num

num aut Indicum? Theophilus Alexandrinus, & Epiphanius deposuerunt Chryso-  
 mum, & idem Epiphanius excom-  
 municauit Ioannem Hierosolymita-

14 Concilium Nicænum testatur e-  
 piscopum gerere curam suburba-  
 narum ecclesiarum.

15 Idem statuit Episcopos ordina-  
 ri ab Episcopis prouincialibus, non  
 à papa.

16 Idem concilium Hierosolymita-  
 no tribuit primatum, non Romano.  
 Et Hierosolyma fuit prima, quia de  
 Sion exhibit lex.

17 Concilio Aphricano quarto,  
 Primæ sedis Episcopus non appelle-  
 tur princeps sacerdotum, aut ali-  
 quid huiusmodi, sed tantum primæ  
 sedis Episcopus, & infra, vniuersalis  
 autem nec etiam Romanus pontifex  
 appelletur.

18 Et Pelagius & Gregr. reuenerunt

DE PRIM. SED. APOST.

nomen vniuersalis episcopi.  
19 Primatus Papæ probatur ex De-  
cretis & Decretalibus Romanorum  
pontificum. Qui libri intra quadring-  
entos annos nati sunt.

Hæc fusius induximus, quod hic  
magis vociferentur hæretici contra  
petram quam omnes impetuerunt.

¶ Diluuntur obiecta.

De primo

Petrum exercuisse primatum iam  
dicemus, at quum arguitur, Petrus  
fuit missus ab Apostolis in Sama-  
riam, quare sit minor apostolis? Est  
forma argumentandi Arrianorum,  
quia pater misit filium, Ioannis. 6. &  
20. Et ad Galathas. 4. Itaque pater est  
maior filio, quia mittens maior est  
misso: quia non Herodes misit tres  
magos, vt adoraret puerum, qui ma-  
ior Magis nõ fuit, & frequens est po-  
tiores mitti ex collegio, & senatu,  
consilio, scilicet, vel amore, non au-  
thoritate inferiorum. Vnde Iosue. 22.  
legitur, quod quum audissent filij Is-  
rael.

rael ædificasse filios Ruben & Gad,  
 & dimidium tribus Manasse altare  
 in terra Canaan, super Iordanis tu-  
 mulos, contra filios Israel, conuene-  
 runt omnes in Silo, vt ascenderent  
 & dimicarent contra eos. Et interim  
 miserunt ad illos in terram Galaad  
 Phinees filium Eleazari sacerdotis,  
 & decem principes cum eo, singulos  
 de singulis tribus, vt eos super hoc  
 facto sacrilego deprehenderet. Ecce  
 filij Israel inferiores populi, miserunt  
 Phinees qui fuit eorum dux, coram  
 domino, vt dicitur. Paralipo. 9. Pa-  
 tet itaq; ex diuinis literis nihil habe-  
 re consequentiæ, Hic est missus, ergo  
 est minor mittente, aut mittentibus.  
 Petrus executus est officium suum. De secundo  
 Nolumus recensere quæ Ioan. 6. Lu-  
 cæ duodecimo, Matth. decimonono,  
 Lucæ. 5. Matthæi, quarto. Matth. de-  
 cimoseptimo, Matthæi, decimo octa-  
 uo, recensuerunt, sed quando in actu  
 iam erat pōtifex creatus audiamus,  
 E; quid

DE PRIM. SED. APOST.

quid fecerit: Nam primo ordinatio-  
nem Matthie in apostolum direxit:  
Exurgens Petrus in medio fratrum  
dixit, Viri fratres, & cætera. A-  
ctuum, i. Secundo in die pentecostes  
omnes Apostolos defendit: Stans  
Petrus cum undecim, eleuauit vo-  
cem suam Actorum, i. *viii 2301 19*

Tertio præfente Ioanne sanauit  
claudum, & coram populo defendit  
Actorum, 3. Quarto in concilio de-  
fendit se & Ioannem Actuum, 4.

Quinto in Ananiam & Saphiram  
sententiam mortis protulit, Actu-  
um, 5. quod fuit maximum potesta-  
tis coerciue indicium. Sexto Simo-  
nis maledictam nundinationem co-  
ercuit, Actuum octauo. Septimo ius  
fuit etiam gentes tanquam præ-  
latus in suam potestatem suscipere,  
quãdo vidit linteum, in quo erant  
bestiæ & reptilia, &c. & facta est ad  
eum vox, Surge Petre, occide & man-  
duca Actuum, 10. Hic iustus fuit ve-  
lut ca-

ET PETRI, 32  
lut caput, gentes incorporare eccle-  
siae. Octauo in concilio apostolorum  
fuit author sententiae cessationis le-  
galium, vt docet Hieronymus, & A-  
ctorū. 15. Caue itaq; haeretice men-  
tiri in sanctum Petrum, quod pote-  
state diuinitus tradita non sit vsus.  
De adiuncto falsum est, nam patriar-  
chae, quilibet confirmauit suos epi-  
scopos, & Thessalonicensis confir-  
mauit suos episcopos Graeciae, tan-  
quam vicarius papae, vt liquet ex  
actis Leonis papae. Existimat haereti-  
cus omnes episcopos habere pallia,  
quod falsum est, quia regulariter ar-  
chiepiscopi habent, & pauci episco-  
pi priuilegio, sicut Bambergensis in  
Germania. De ratione pallij ex Bea-  
to Gregorio.

Constat Christū prohibuisse am-  
bitionem, tyrannidem: non potesta-  
tem, quia illa à deo, & qui potesta-  
ti resistit, ordinationi Dei resistit,  
ad Romanos. 14. Voluit ergo do-

E 4 cere



DE PRIM. SED. APOST.

cere humilitatem præsentis, non auferre potestatem eius. Sicut ex eo quod ipse ministrabat, & alios maiores ministrare docuit, male inferret quis, Christum nullam habuisse potestatem. Et cum Christus dixit: qui maior est vestrum, constat quod voluit aliquem esse maiorem in potestate licet coniungat ei, vt sit sicut minor per exhibitionem ministerij.

**De quarto & quinto** Similiter respondemus, nam voluit, vt Hieronymus inquit suos ad summitatem virtutum, non potentia: sed humilitate peruenire, nã exi stentes in potestate, debent se intus humiliare, ac si non esset in potestate, vt paruuli fiant humilitate, non sensu, ac ætate.

**De sexto** Paulus reprehendit Petrum, quia attinebat ad ædificationem fidei, hoc est ad officium apostolatus, in quo erant æquales, tamen regimine & potestate Petrus adhuc erat prior, Nam hodie etiam sæpe contingit papam, &

& alios superiores reprehēdi ab inferiorib. Imo hæreticus Luth. omnes reprehendit ecclesiasticos prælatos, qui nullius est superior.

Anicetus primus statuit pascha celebrari dominico die, cōfirmavit primo Pius, deinde Victor, & obtinuerunt. Restiterunt primo Orientales, quia ex iussu s. Ioannis, 14. luna primi mensis celebrabant. Policarpus ex Smyrna adiit Anicetū (ecce Græcus ad Romanum) qui credidit ei, sacerdotali officio perfungi, nec Anicetus Policarpo suadere poterat, inquit Eusebius in Ecclesiast. historia. Corruptor Luther ait: Anicetū cefisse Policarpo. Orientales resistentes Victori excommunicare voluit, quem Irenæus monuit, nō quod Victori esset nulla in Orientales potestas, nam sanctus martyr, cur attentasset? sed pro considerata concordia ecclesiæ & pace, consuluit turbationem non moueri in ecclesia.

DE PRIM. SED. APOST.

De nono

Mirum quod hæreticus innititur factis hæreticorum, nam illi Orientales, expulerunt Athanasium & Paulum, qui confugientes ad Iulium papam, citatis & excommunicatis hæreticis, fuerunt restituti. Hic ruit hæreticus, quia papa Iulius ante M. C. annos potestatem habuit in Orientales episcopos Asiæ & Aegyptiæ.

De decimo

Falsum est Constantinum quartum primum dedisse primatum Romano pontifici, quum antea habuerit ex Euangelio, confirmantibus Imperatoribus Constantino, Valentiniano, Gratiano, Theodosio, Martiano, Basilio, & alijs. Vnde non inconuenit iuri sedis apostolicæ decreta etiam principum accedere, quo temeritas rebellantium comprimatur. Errauit tamen hereticus Constantinum quartum quicquam in ea re statuisse, sed solum remisit confirmationem papæ electi, quam imperator ante suo modo facere solebat.

Nul

Nullus sanctorum martyrum sub- De. 33  
 traxit se ab obedientia Petri, vel suc-  
 cessorum eius, vbi & quando oportet  
 bat. Fallitur hæreticus, quod si papa  
 sit supremus, oporteat omnes episco-  
 pos ab eo confirmari, nam sicut sacer-  
 dotes ab episcopis, ita Episcopi ab ar-  
 chiepiscopis, primatibus aut patriar-  
 chis sufficiat confirmari: Ita de Am-  
 brofio Augustino, & Nicolao sen-  
 tias. Credo in Germania factum su-  
 perbia Episcoporum, quod excusse-  
 runt potestatem primatis Magdebur-  
 gensis. Et priora liquent ex octaua  
 synodo, ex concilio Nicæno & alijs  
 vide distinctionē. 64. decreti. Aphri-  
 cæ episcopos fuisse sub Romano pō-  
 tifice patet, quod ex concilio Mile-  
 uitano scripserunt ad Innocentium  
 primum papā, petētes illius confirma-  
 tionem, vide in Epistolis Augustini  
 nonagesima, & nonagesima prima,  
 Concilia tertium & quartum Cartha-  
 ginensia autoritate Zozimi papæ,  
 & alia

DE PRIM. SED. APOST.

& alia authoritate Bonifacij fuerunt confirmata, quoniã misit illuc Faustinum episcopum, illis interfuit Augustinus, Concilia sub Cypriano, in Africa petierunt approbationem à Cornelio papa lib. 1. Epistolarum, epistola. 2. Cypriani; & libro. 2. epistola. 11. Asiæ episcopos, Aegypti, & Græciæ fuisse sub Rom. pontif. iam patuit, quia restitutus Athanasius, restitutus Chrysostr. restitutus Flavianus, restitutus Appiarius in Afric. per Rom. pontificem. Vide in primatu nostro plurima.

De. 12. Institutio episcopi, vt fiat immediate à Roma. pontif. non est necessarium, tamen illas ecclesias fuisse subiectas papæ, liquet ex eo, quod restituit eiectos ex his ecclesiis. Et hodie à Leone papa. 10. & Adriano. 6. Episcopi Asiatici cœperunt confirmationes.

De. 13. Quantum potest hæresis: nam cum nihil solidi pro se habet, affert ini-

iniquissimam optimi Episcopi eiectionem Ioannis Chrysofomi, qui per Theophilum auarissimū & pessimum Alexandrinum, adiuuante impia Eudoxia imperatrice, iniquiter est eiectus.

Huius sancti viri iniuriam hæreticus pro iure adducit, obticet vero, quod per Innocentium papam fuit restitutus, & negocium per papam Alexandro Anthiocheno commissum Imperator Archadius resistens pape & Chrysofomo, fuit excommunicatus. Inunc hæretice, & nega episcopos Græciæ fuisse sub Romano pontifice. De Ioanne Hierosolymitano, liquet ex beato Hieronymo, fuisse concilium euocatū Antiochiæ (nam sub illo patriarcha erat tunc episcopus Hierosolymitanus, & sub archiepiscopo Cesariensi) & a synodo damnatum Ioannem, in qua plurimæ auctoritatis erat Epiphanius.

Canon Nicani concilij, sic habet. De 14  
bet,

## DE PRIM. SED. APOST.

bet. Mos antiquus perduret in Aegy-  
pto, Libia, & Pentapoli, & Alexan-  
drinus Episcopus horum omnium  
habeat potestatem, quandoquidem  
& Romano episcopo parilis mos est.  
Similiter autem apud Antiochiam,  
& cæteras prouincias, honor suus  
vnicuique seruetur Ecclesiæ. Lique-  
lectori non hic prohiberi primatum  
Romanæ Ecclesiæ, quod hæreticus  
torquet, sed quia tunc authoritas  
 trium ecclesiarum patriarchaliū fuit  
confirmata, nam tres tantum erant  
illo tempore sedes patriarchales, Ro-  
mana, scilicet, Antiochena, & Alex-  
andrina. Imò fortius per illud concil-  
lium probatur primatus Rom. pon-  
tificis, primo quia licet Nicæa esset  
in Asia, tamen Osius Cordubē nomi-  
ne papæ præfedit concilio, & primus  
se subscripsit, non nomine suo velut  
reliqui episcopi omnes, sed nomine  
papæ. Secundo quia in concilio Ni-  
cæno statutum fuit, vt in causa de-  
positio-

positionis Episcopi posset appellari  
 ex toto orbe ad Romanum pontifi-  
 cem. Huic innitebatur Athanasius,  
 & obtinuit, Huic Chrysoftomus, &  
 obtinuit. Et quando ecclesia Aphri-  
 cæ reluctabatur Zozimo papæ in re-  
 stitutione Appiarij, certior facta de  
 illo Nicæno cōcilio, acquieuit. I nūc  
 hæretice, & insanias Nicænum con-  
 cilium aduersari papæ.

De ordinatione episcoporum, quid  
 hæc ad primatū? quum hodie rarissi-  
 me papa ordinet Episcopum, aut for-  
 te nunquam, sed in hunc diem, tres  
 Episcopi conuenientes ordinant, &  
 consecrant Episcopum.

De. 13  
 Dis. 64. e  
 Cōprouin-  
 ciales.

Canon. 7. concilij sic se habet. Quia  
 consuetudo obtinuit, & antiqua tra-  
 ditio, vt Helix Episcopus honore-  
 tur, habeat honoris consequentiam,  
 salua Metropoli dignitate. Hic stupi-  
 dus Hæreticus nugatur primatum  
 tributum Hierosolymitano, quum  
 adeo non tribuat ei primatum, vt si-  
 nat

De. 16



DE PRIM. SED. APOST.

nat illum subiectum Metropolita-  
no, qui erat Cæsariensis, teste Hiero-  
nymo. Honorandū ergo statuit Hie-  
rosolymitanum antiqua traditione  
sed nihil ad primatum, porro Hiero-  
solyma fuit prima tēpore, sed non  
dignitate.

De. 17 Concilium Aphricanū nihil agit  
de primatu, nihil de Roma, sed in-  
ter se cōstituerūt episcopi Aphrica-  
ni, ne primates eorū (sicut erāt Car-  
thaginenses, Numidiæ, Mauritanie  
& cætera) gloriosos sibi vendicarēt  
titulos, & iurisdictionem super ali-  
os, hoc nihil aliud habet canon. 6.  
cōcilij, Aphricani, & delyrus here-  
ticus quum apud Gratianum. 99. di-  
stinctione primę sedis legisset ver-  
ba Gratiani cōtinuata ad sequentia  
credit illa esse verba concilij, &  
non sunt, sed de vniuersali Episco-  
po mox dicamus.

De. 18 Gregorius & Pelagius non respu-  
erunt primatum ecclesie Romanæ,  
sed

sed approbauerunt, vt de primatu Pe-  
tri latissime ostendimus, Sed sic ne-  
gauerunt, aliquem posse esse vniuer-  
salem Episcopum, sic quod esset cu-  
iusq; ecclesie proprius rector, quoni-  
am sic nullus alius esset Episcopus,  
& honor episcopalis omnibus de-  
traheretur, & in vnum solum rei-  
ceretur.

Quod quia esset Hierarchici ordi-  
nis destructiuum, merito reproba-  
runt sancti patres, seruata ecclesie  
Romane dignitate.

Primatus Romane ecclesie non **Deut. 19**  
solum ex decretis pontificum pro-  
batur, sed ex euangelio, ex sanctis  
martyribus, concilijs & doctoribus: sed  
errat hereticus, credit non fuisse alia  
iura canonica, nisi post ortum decretum  
Gratiani, & decretales Gregorii no-  
ni, quum semper in ecclesia statuta  
& iura fuerint, sicut olim erat Co-  
dex cano, decretum Paschasii, decre-  
tum Burcardi, Panormia Iuon. &c.

F Eua-

DE PRI. SED. APO. ET PE.

Euanescent itaq; omnia heretica, vt  
bulla aquæ.

¶ Conclusio.

In epist. Suscipiamus omnes auctoritatem  
ecclesiæ in apostolica sede Romana  
relucentem, quum eam in rebus ar-  
duis fidei consuluerit Hieronymus  
ex Asia ad Damasum, Augustinus  
ex Aphrica ad Innocentium, & Bo-  
nifaciũ, ac Cyprianus ad Corneliũ,  
Athanasius ex Aegypto ad Marcum  
& Iuliam, Ambrosius ex Italia, &c.

Iam defendentes se contra reba-  
ptizatores recedunt ab eorum basi,  
vnde multa fatentur non scripta &  
tamen tenenda Zuinglius adducit  
de baptismo Mariæ. De baptismo  
paruulorum.

EX SCRIPTVRIS TE-

mere repugnare hereticos. III

¶ Præter superius dicta de Ecclesia  
& concilijs hæc sub-  
iciamus.

Quia